

Pius II. an Eb. Sigismund von Salzburg. Da NvK seine Diözese derzeit nicht verwalten könne, habe er die geistliche und weltliche Herrschaft über das Bistum Brixen an sich gezogen. Er setzt ihn daher als Administrator im Bistum Brixen ein und legt ihm nahe, diese Aufgabe seinem Kanzler Bernhard von Kraiburg zu übertragen. Bernhard solle sich ins Pustertal begeben und die früheren Pfleger der Hochstiftsburgern wieder einsetzen. Er gewährt dem Erzbischof das Recht, die Seelsorge wieder zuzulassen. Hiervon sollen allerdings diejenigen Priester ausgeschlossen sein, die durch die Missachtung des Interdikts in die Irregularität gefallen seien. Diese sollen innerhalb eines Monats an der Kurie um Absolution bitten und andernfalls ihre Benefizien verlieren. Die Äbte von Stams, St. Georgenberg und Wilten sowie der Propst von Neustift sollen sich von der Appellation Hz. Sigismunds lossagen; andernfalls seien sie binnen 15 Tagen abzusetzen und die Privilegien, Inkorporationen etc. ihrer Klöster aufzuheben.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, *StB, Cod. Cus.* 221 p. 48-50 (= K¹); BOZEN, *StA, Codex Handlung (ehemals: INNSBRUCK, TLA, Cod. 5911)* f. 211^v-214^r (= H²); BOZEN, *StA, Lade 3* Nr. 9 L (= B₁³); *ebd.*, *Cod.* 6 p. 49f. (= B₂⁴); ROM, *Arch. Vat., Reg. Vat.* 478 f. 33^{rv} (= V⁵); (16. Jh.): MÜNCHEN, *StB, Cgm* 975 f. 312^r-314^r (= M).

Regest: Lichnowsky, *Geschichte des Hauses Habsburg VII, CCCXIV* Nr. 416; Jäger, *Regesten I* 325 Nr. 318.

Erw.: Jäger, *Streit II* 103f.; Voigt, *Enea Silvio III* 402; Gismann, *Beziehungen* 121, 648 *Anm.* 220 (mit Datum 15. August 1461); Baum, *Nikolaus Cusanus in Tirol* 408.

Unser Text folgt der Kopie V aus dem Vatikanischen Register.

Pius etc. Venerabili etc. Quoniam ob hostiles, indignas et nefarias persecuciones dilectus filius noster Nicolaus cardinalis tituli sancti Petri ad vincula, episcopus Brixinensis, non potest administracioni spiritualium et temporalium ecclesie illius presidere, quod nobis merito ac sedi apostolice est molestissimum et tue fraternitati non dubitamus eciam acerbissimum esse, nos, ne ecclesia illa provincie tue subiecta careat diucius gubernatorem, ad nos tam spiritualium quam eciam temporalium administracionem usque ad nostrum et prefate sedis beneplacitum advocavimus, intendentes illius plenam et liberam ac omnimodam administracionem per aliquem nostrum commissarium, ut prefertur, exerceri. Qua in re conveniens et dignum esse existimavimus, ut fraternitas tua, que metropolitico iure in ea habet superintendenciam, hac in parte sollicitudinis a nobis invocata hoc onus animose complectetur. Te igitur per presentes, ut prefertur, nostrum et prefate sedis commissarium facimus et constituimus, firmiter scientes, quod tam ex tuis obediencia et devocione, quam ad nos et prefatam sedem gerere dinosceris, tum pro illius ecclesie conservacione, quam eque ac tuam propriam sedem archiepiscopali preeminencia favore et adiumentis prosequi obligaris, hoc onus animose ac libenter acceptabis.

Tibi igitur presencium tenore committimus et mandamus, ut nostro et eiusdem sedis nomine ac vice cure et administracioni prefatis, ut premittitur, superintendas et, si fraternitati tue videtur, dilectum filium Bernardum de Kranborch, decretorum doctorem, tuum cancellarium, aut illo forsitan impedito aliquem alium probum et ydoneum virum substituas eumque ad vallem Pustrissam illius diocesis et ubicumque tue fraternitati visum fuerit, quantocius mittas. Qui omnia, quantum ad temporalium regimen pertinet, reponat in eum statum, qui erat ante festum Pasce proxime preteritum (13. April 1460), castellanos, qui tunc erant, si adhuc sunt, acceptis ab hiis debitis promissis, sacramento eciam roboratis, de nobis et nostris commissariis obediendo et parendo, confirmando; si non sunt, eos, qui eorum loco positi sunt, amovendo et preteritos, si voluerint, aut illis nolentibus alios reponendo eodemque de ceteris omnibus officialibus modo. Non enim est intencionis nostre quicquam ibidem innovari, sed potius modum antiquum et consuetum conservari. Precipue tamen intendimus, quod nulli bellum moveatur. Verum, si

24 nulli: *a.R.* *korrr.* zu nullum *K.*

6 plenam: *a.R.* von der Hand des NvK nota, commissario datur plena et omnimoda administratio *K.*

25 qui ipsius ecclesie loca aut redditus et iura temerario furore molestaverint, volumus, quod vim vi repellendo talibus resistatur.

Nos quidem Brixinensi capitulo districte precipiendo mandavimus, ut de omnibus ad manum eorum quoquomodo post prefatum Pasce tempus pertractis nobis aut commissario nostro restitutionem statim integre faciant, prout in sententia nostra, cuius ad fraternitatem tuam copiam mittimus, plenius continetur.⁶⁾ Tua <fraternitas> interest ut illos, quo tibi assignanda assignent, admoneas et requiras. Quod si fecerint, ut credimus, in tempore, bene quidem; sin minus, fac nobis quamprimum, rescribas.

Animarum sane curam ab omnibus sacerdotibus ex certa causa revocavimus. Tue tamen fraternitati, cui similiter omnem spiritualium curam per te aut tuum substitutum exercendam committimus, iniungimus per presentes et committimus, ut sacerdotibus omnibus obedientibus, si non dinoscantur esse irregulares et de prophanacione suspecti, cura ipsa denuo per te aut tibi substitutum conferatur. Inobedientibus vero et prophanantibus minime, nec illis, si extranei fuerint, concedatur licencia in illa diocesi ullo tempore celebrandi. Ceteris autem ecclesias in titulos habentibus, qui quidem interdictum non servarunt, mandes, volumus, aut mandari committas, ut infra mensem se ad curiam nostram personaliter conferant ad absolucionem humiliter deposcendam. Quod si non fecerint, ex tunc ipsos iam per nos in aliis apostolicis litteris depositos⁷⁾ penam ipsam deposicionis ab officio et beneficio absque spe dispensacionis incidisse declares.

Volumus eciam, quod abbatibus Sancti Johannis in Stams⁸⁾, Sancti Georii in Monte⁹⁾ et Sancte Marie in Wiltina¹⁰⁾ et preposito Novecelle¹¹⁾, Brixinensis diocesis, ordinis Cisterciensis, Sancti Benedicti, Premonstratensis et Canonicorum Regularium, et eorum monasteriis per te aut tuum mandes substitutum, quatenus sub pena disposicionis a suis prelaturis et privacionis omnium privilegiorum, que monasteria habent ab apostolica sede ac ordinariis, revocacionis omnium incorporacionum ecclesiarum parrochialium et decimarum concessionum late sentencie, quatenus infra mensem post huiusmodi tuum mandatum personaliter vel per edictum eis insinuatam ab pretensis appellacionibus ab ipsis forte interpositis vel adhesionibus per eos factis frivole appellacioni dicti Sigismundi¹²⁾ recedant et resiliant et nostre sentencie et mandatis pareant et de hoc tuam fraternitatem infra xv dies post lapsum mensis immediate sequentes certificent. Alioquin eos in ipsa xv die in prefatas omnes penas appellacione remota declares incidisse.

Datum Senis xviii kalendas septembris anno secundo.

28 pertractis: *ü.d.Z. korr. zu perventis K.*

27 mandavimus: *a.R. von einer Hand des 15. Jb. a capitulo Brixinensi precipitur K.*

¹⁾ *Kopie von der Hand des Notars Hieronymus de Molendino aus Belluno; s.o. Nr. 6281 Anm. 2. Über dem Text von der Hand des Peter von Erkelenz; Commission (!) domino Saltzburgensi facta. Randnotizen sind im zweiten Apparat vermerkt.*

²⁾ *Abschrift von einer Kopie des Notars Johannes Gerner von Rosenheim.*

³⁾ *Notariell beglaubigte Kopie des Johannes Gerner de Rosenheim.*

⁴⁾ *Zu diesem Faszikel s.o. Nr. 6282 Anm. 5.*

⁵⁾ *Links neben dem Text: Ja(cobus) Papiensis (= Jacopo Piccolomini Ammanati, päpstl. Sekretär). Unter dem Text: De curia. Jo(hannes) Tartarinis (= Johannes de Tartarinis, apost. Schreiber). T(homas) de Castello (= Tommaso di Camuffi da Città di Castello, apost. Schreiber). Zu letzterem vgl. oben Nr. 5920 Anm. 4.*

⁶⁾ *S.o. Nr. 6281 (1460 August 8).*

⁷⁾ *S.o. Nr. 6281, 6293.*

⁸⁾ *Georg Ried, Abt des Zisterzienserklosters Stams.*

⁹⁾ *Johann von Freiberg, Abt des Benediktinerklosters St. Georgenberg.*

¹⁰⁾ *Ingenuin Mösel, Abt des Prämonstratenserklosters Wilten.*

¹¹⁾ *Kaspar Aigner, Propst des Augustinerchorherrenstifts Neustift.*

¹²⁾ *S. die Appellation Hz. Sigismunds vom 14. Juli 1460, der die vier Prälaten beigetreten sind; s.o. Nr. 6265.*